

festo a suo die ob perpetuum impedimentum translato, ita ut dies propria et fixa festi translati, *justificatis tamen apud Episcopum loci Ordinarium translatorum numero et causis dierumque assignatorum ordine et qualitate.*

N. 4161 die 22. Augusti 1774. In Frising.

Vd.: *Transl.* (festi perpetuo transl. decr. de die 22. Aprilis 1741.)

u) Perpetuo translati festi.

Vd.: *Dies fixus; Transl. perpetua* (quando licet Episcopo); *Transl.* (festi univ.); *Transl.* (in aliq. octav. decr. de die 7. Decbr. 1743); *Transl.* (festi semid.)

Non dedecet festis etiam semid. assignari a propria die ob aliquod impedimentum perpetuo translatis dies illos infra octavam non privilegiatam ab alio occurrente festo non impeditos, qui dies habeantur et sint in posterum sedes fixa talium translatorum. Num. 4160 ad 3. die 22. Aug. 1744.

Ad dub.: Utrum interveniente necessitate movendi perpetuo aliquod festum, cui assignata fuerat alia dies propria, moveri etiam debent alia festa quibus pariter assignati fuerant dies proprii, ita ut per modum translationis omnia ista cedant locum antiquioribus?

S. C. resp.: Cum aliquod festum jam translatum iterum moveri contingerit a die sibi semel assignata, non est opus, ut caetera alia festa post ipsum translatum a diebus sibi respect. assignatis denuo removeantur, ni forte nova calendarii constructio ex integro assumeretur.

Die 21. Augusti 1744 ad 4. In Cracovien.

Quando plura officia de praecepto eadem die in aliquibus locis ita fixe

occurrunt, ut translatio alicujus sit perpetua, tunc prima dies proxima non impedita assignata censetur in perpetuum pro die propria festi resp. translati; et hujusmodi festa posse stabiliri infra illas octavas, quae hujusmodi festa occurrentia excludunt juxta rubr. de octavis n. 3. n. 4171 ad 1 et 2 die 15. Maii 1745.

Festum semidupl. a sua die perpetuo amotum celebrari deinceps potest infra octavam non privileg. in die ipsi assignanda tamquam sede illius fixa. N. 4202 ad 2 die 19. Aprilis 1749.

Cum ob occurrentiam officiorum patronorum regni Poloniae ex indulto concessorum contingat assignari dies propria officii perpetuo translatis, quaeritur: an debeant moveri ex suis locis propriis assignatis in Calendario Ord. Carmelit. Officia illa, quibus assignati sunt dies proprii et juxta antiquitatem assignandae sunt aliae dies, seu potius relicto Calendario Ordinis assignari debeant post illos aliae dies officii perpetuo translatis juxta Calendarium particulare provinciae?

S. C. resp.: Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. N. 4361 ad 1 die 27. Martii 1773.

Ad dub.: Cum nonnulla officia SS. propter perpetuam occurrentiam cum aliis majoris dignitatis seu solemnitatis seu ritus perpetuam habeant translationem et juxta rubr. de transl. fest. n. 7. in primam diem non impeditam semper transferenda sint: quaeritur: *an illa dies prima censenda sit propria illius translati sedes perpetuo juxta Gav. sect. 3. cap. 10. num. 15., ita ut debeat de eo celebrari semper illa prima die, etiamsi occurrat transferri aliud officium ejusdem vel superioris ritus?*

S. C. resp.: Negative et servantur rubr. gen. N. 3819 die 4. Dec. 1709.

An dub.: An, quia assignatio diei facta non fuit prima die non impedita, talis error debeat corrigi et legibus conformari?

S. C. resp.: Affirmative. Die 11. Martii 1820 ad 2. In Mazar.

Sanctis, qui perpetuo sunt transferendi, sit assignanda dies fixa et comisit S. C. (eidem Archiepiscopo Hispalen.) ut pro una vice deveniat ad hanc designationem dierum. N. 4039 ad 3 die 26. Novembris 1735.

Serventur posteriora et ultima S. R. C. decreta, per quae assignatio alterius diei officio in perpetuum impedito fieri potest. S. C. *inconsulta.* Die 22. Apr. 1741.

Ad dub.: An festa, quae propter occurrentiam festivitatis vel octavae patroni alicujus Ecclesiae aut loci perpetuo sunt transferenda, poni debent post illa festa, quae ab anno 1839 obtinuerunt diem seu sedem fixam in Dioecesi Mechliniensi, an e contra illa festa in Ecclesiis particul. pro sua dignitate, ritu et proprietate temporis transferri debent juxta rubricas gen. Breviarii?

Occurrit casus in quibusdam parochiis sub Dioecesi Mechl., ubi s. Margarita V. M. die 22. Jul. colitur tamquam patrona principalis ritu dupl. 1. cl. cum octava. Ante novam constructionem seu redactionem directorii dioecesanii factam circa finem anni 1838 ob nova officia a s. Sede benigne concessa haec octava habebat tres dies non impeditas, scilicet: 21. Jul. (quae assignata erat festo s. Hieronymi Aem.); 24. Jul. (quando fiebat de octava s. Marg., dum aliunde nihil obstabat) et 27. Jul., quae est dies octava s. Marg. ritu dupl. celebranda juxta rubricas. Porro illae dies nunc sunt impeditae perpetuo in

Dioec. Mechl.; nam die 21. Jul. celebratur festum s. Reineldis V. M. ritu dupl.; dies 24 est assignata tamquam dies fixa festo semid. s. Elisabeth. reg. Port. et dies 27 festo semid. s. Henrici imp.; quaeritur ergo:

1) An in illis Ecclesiis vel locis, quae patronam habent s. Marg., faciendum sit off. die 21. Julii de s. Reinelde (ut per totam dioecesim), an vero de s. Hieronymo Aem.?

2) An dies 24. Julii habenda sit tamquam dies fixa pro festo semid. s. Elisabeth. (ut fit in dioec.) vel an tunc sit reponendum alterutrum festum dupl. s. Reineldis scilicet aut s. Hieronymi Aem., assignando festo semid. s. Elisabeth. primam diem in dioec. non impeditam?

Quae dies sit assignanda festo s. Henrici, cum dies 27. Jul. sit perpetuo impedita per occurrentiam diei octavae s. Margaritae?

S. C. resp.: Quoad primam quaest.: de s. Reinelde ut in dioecesi juxta novissimam concessionem; quoad secundam: de festo dupl., assignando primam diem non impeditam festo semid. jam translato; quoad tertiam, similiter primam diem non impeditam.

Die 12. Septembris 1840. In Mechl. ad 1.

v) Primae vel 2. cl. in octav. privileg.

Cf.: *Octava Corp. Chr.; Transl. festi in octav.*

Ad dub.: Quando inter octavam SSmi Corp. Chr. reponendum est aliquod officium translatum dupl. 1. cl. vel II., potestne hoc officium apponi die, quae per accidens est libera, quia officium occurrens ea in octava privilegiata est transferendum post ipsam, vel de hoc ipso officio dupl. I. vel II. cl. agendum est die ipso perpetuo

libera sequenti et intra eandem octavam privilegiatam non occurrente?

Et S. eadem C. . . rescribendum censuit: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam seu in casu recte assignatum fuisse officium VI. Calendas Junii.

Atque ita rescripsit, declaravit servari mandavit. N. 5186 ad. Die 7. Maii 1853.

w) Provinciae et Dioecesis.

Ad dub.: Cum aliquod officium perpetuo assignandum veniat pro tota provincia et aliud pro ejusdem aliqua vel aliquibus Ecclesiis, quaeritur: An dies assignata sit totius provinciae, priusquam festo alicujus vel aliquarum ipsius Ecclesiarum, istud assignando alteri posteriori diei, licet sit majoris ritus aut dignitatis, quam festum totius provinciae?

Ratio dubii est praxis plurium negativa, quae videtur contra Patrem Cavalieri c. 9. t. 1. decr. 13. n. 20. imo et contra Seraphicam Rubricam 113.

S. eadem C. audito prius voto unius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, typis etiam vulgato, ad relationem Emmi et Rmi D. Card. de Somalia Urbis Vicarii, dictae Congregationis Praefecti et Pontentis, rescribendum censuit:

„Servetur decretum latum in Einsidlen. 23. Julii 1736 ad dub. 1.“

Et ita declaravit. N. 4474 ad 12. Die 2. Maii 1801.

x) Sanctorum plurium simul celebrandorum, si unus ex iis celebratur ut Patronus princ. vel Titularis.

Vd.: S. Eustachius; S. Sebastianus.

y) Secundae classis.

Si festum dupl. 2. cl. incidat in

dominicam privilegiatam 1. vel 2. cl., tunc officium et missa debent dici de dominica et festum dupl. 2. cl. debet transferri in aliam diem eamque proximam non impeditam festo 9 ll. et ita festa Concept. et Purif. B. V. M. cadentia in dom. privileg. semper transferuntur in primam diem non impeditam festo 9 ll. etiam in diebus infra octavas aliquas non privileg., in quibus fiat de duplicibus translatis. N. 4175 ad 2. die 4. Sept. 1745.

Vd.: *Dominica I. Adv. et Quadrag.; Transl.* (in aliquam oct.)

Quando ob festum ss. Nominis Jesu contingat transferri aliud officium dupl. 2. cl. inferioris dignitatis, de eo debet fieri prima die non impedita. S. R. C. 23. Jun. 1736 in *Einsidl.*

z) Secundae cl., si dies vacuus non supersit.

DECRETUM GENERALE.

Ad dub.: Cum nonnullis in Ecclesiis aliquando accidat, ut quaedam festa 2. cl. celebrari non possint in die propria sed transferri debeant ad aliam diem non impeditam juxta rubricas et intra annum non supersit ullus dies vacuus, in quo dicta festa reponi possint,

S. R. C. resp.: Eadem festa transferenda esse in proximorem diem etiam impeditum festo semid. aut dupl., quod illo anno redigatur ad ritum simpl., firmis remanentibus aliis declarationibus emanatis de festis inferioris ritus in simili casu non transferendis sed ad ritum simpl. redigendis. N. 4492 die 13. Martii 1804; n. 4538 ad 1 et 2 die 4. Junii 1817.

Vd.: *Octava Corp. Chr.* (officium infra etc. decr. n. 4538); *Off.* (transl. in seq. annum etc.)

aa) Semiduplicis.

Eesta duplicia et semiduplicia trans-

lata praeferenda sunt officiis semel in hebdomada concessis, ita ut festum duplex seu semiduplex etiam translatum necnon dies octavae sit dies impeditus respectu talium officiorum. S. Congr. Rit. 8. Eebr. 1699 et 26. Martii 1706.

Vd.: *Antiph. maj.; Duplex; Oratio* (quot?); *Dominicae post Epiph.; Octava non privil.; A cunctis* (decr. n. 3827.) *Officium* (transl. in seq. annum decr. n. 4538 4039); *Dies* (quae putatur imped.); *Transl. festi in diem immed. seq.* (decr. n. 3409); *Transl. festi in aliqu. oct.; Transl.* (festi univ.; in fer. VI. p. Ascens. D.)

In fer. 6. post oct. Ascensionis potest fieri de festo semid. translato. N. 3244 ad 10 die 11. Aug. 1691; n. 2961 ad 3 die 9. Aug. 1681.

Ad dub.: An fer. 2. post dominicam, in qua occurrit festum semid. (si dicta feria non fuerit impedita officio 9 lect.) celebrandum sit officium semid. translatum ante dominicam dictam (si unum vel plura semid. fuerint translata) de ordine, quo erant celebranda propriis diebus?

S. C. resp.: Celebrandum esse prius off. semid. ante dominicam translatum quam aliud off. semid. in eadem dominica occurrens, servato ordine Calendarii prout de officiis dupl. in dominicis privilegiatis occurrentibus idem servandum esse. N. 3253 die 24. Novembris 1691.

Occurrit festum semid. in Dominica infra octavam; quaeritur: an idem semidupl. debeat transferri ad fer. 2. seq., si adsit aliud dupl. antea et prius translatum, an vero debeant transferri ordine descripto in Calendario, nullo modo considerato et attempto jure vicinitatis?

S. C. resp.: *Negative.* N. 3295 ad 3 die 13. Sept. 1692.

Ad dub.: Utrum officio semid. occurrente dominica infra octavam non privilegiatam, die Lunae sequenti non impedito fieri debeat ejus translatio in exclusionem alicujus dupl. praecedentis transferendi?

S. C. resp.: Juxta votum, nempe, quod in exclusionem dupl. praecedentis transferendi debeat die Lunae non impedito fieri officium de semid., quod occurrerat dominica infra octavam non privileg., quia eo casu est assignata pro dicto semid. dicta dies feriae 2. n. 4041 ad 2 die 21. Aprilis 1736.

Ad dub.: An semidupl. occurrens in dominica infra octavam debeat in sequentem diem immediate transferri, non obstante prius translato duplici?

S. C. resp.: Serventur rubricae necnon decret. die 22. Decembris 1696. (Hoc decr. est infra ultimo loco.) N. 3660 die 1. Sept. 1703; n. 4049 ad 2 die 23. Junii 1736.

Ad dub.: Utrum de semid. occurrente in dominica *infra octavam non privilegiatam* fieri debeat officium die immediate sequenti non impedito, quamvis adsint alia festa majoris ritus prius translata?

S. C. resp.: Detur decr. 22. Decbr. 1696 (ut *infra in ultimo loco*). Num. 3827 ad 2 die 21. Junii 1710.

Festum semidupl. incidens in dominica infra octavam non privileg., debet transferri immediate in fer. 2. non impeditam, licet sit reponendum quodcumque officium etiam ex solemnioribus.

S. R. C. 19. Junii 1700 in *Valentina.*

Ad dub.: An festa semidupl. accidentaliter translata possint aut debeant reponi in infra octavas communes seu non privilegiatas saltem in casu, in quo eorum repositio fuerit necessaria

ad vitandam ipsorum festorum simplificationem?

S. C. resp.: Negative. N. 4491 ad 1 die 12. Martii 1804.

Festum semidupl. incidens in festo dupl. infra octavam non privileg., non est transferendum post octavam sed de eo transferendum est officium die immediate sequenti festo dupl. vel semid. non impedito. N. 2903 ad 5 die 30. Septembris 1679.

Dum semid. incidit in festum habens octavam vel in dominicam infra octavam et dies immediate sequens non est impedita, sed restat celebrandum duplex, quaeritur: an die immediate sequenti celebrari debeat duplex juxta rubr. de transl. n. 7., an semid. juxta n. 5.?

S. C. resp.: Dentur decr. sub diebus 30. Sept. 1679 et 16. Sept. 1702. Die 6. Febr. 1737 ad 2. *In Mechlin.*

Semidupl. occurrens in die officii dupl. 1. cl. habentis octavam transfertur in diem immediate sequentem, in qua agendum esset de octava. Quod privilegium retinet etiam semid. occurrens in dominica infra octavam, ut scilicet reponatur in fer. 2. sequenti non impedita, etiamsi reponendum esset dupl. 1. cl. prius translatum. Quod vero attinet ad semid. occurrens in festo dupl. infra octavam non privileg., est verum et non apocriphum a S. C. emanatum sub die 30. Sept. 1679 (vd. supra decr. n. 2903). Num. 4119 ad 2. Sept. 1741.

Ad dub.: Num reponendum sit officium semid. alicujus Sancti in diem immediate sequentem (quemadmodum rubrica de translatione festorum n. 5. innuere videtur), quamvis aliquod duplex prius translatum reponendum habetur?

Et S. eadem C. . . rescribendum censuit:

Affirmative, sed solum quando semiduplex incidat in dominicam, quae est intra Octavam nonprivilegiatam juxta generale decretum diei 22. Dec. 1696.

Atque ita rescripsit servarique praecepit recensito in Ordine Discalceatorum. N. 4900 die 12. Septembris 1840 ad 3.

Dies assignatus festo habenti officium 9 ll. non admittit aliud festum translatum, etiam dupl.; occurrentibus tamen eodem die festo dupl. et alio semid. illud est praeferendum. Num. 2451 ad 1 die 15. Sept. 1668.

Ad dub.: An officia semid. translata reponi queant inter octavas non privilegatas, puta ss. Apost. Petri et Pauli, s. Laurentii M., Assumptionis aliarumque, diebus, quibus fit de infra octavam, vel omnino transferenda extra hujusmodi octavas?

S. eadem C. . . respondendum censuit:

Semiduplicia in casu transferenda esse post octavas.

Atque ita rescribere rata est et declarare. N. 5113 ad 2. Die 11. Septembris 1847.

Cum nonnullorum non rite sensum generalis Brev. rom. tit. 10. n. 7. de transl. fest. percipientium obreperit opinio, quod de festo transferendo, quod potest in sequentem diem immediate transferri, sit recitandum off. ante alia aequalis ritus prius translata, S. R. C. ad relationem Em. et Rev. D. Card. Petrucci supradictam gen. rubr. omnino servandam et quocumque alio decreto in contrarium non obstante in casu proposito (servato semper ordine Calendarii) officium de primo translato prius recitandum esse declaravit, ita tamen ut per hanc declarationem nihil penitus circa semidupl. in dominicis infra octavam

occurentia veniat immutandum, pro quibus praedictam generalem rubricam tit. 10. num. 5. pariter omnino servandam esse censuit et ita servari mandavit.

S. R. C. 22. Decembris 1696. *In decr. gener.*

bb) Universalis.

Si novum aliquod officium a s. Sede recitandum praescribatur aut permittatur die aliqua determinata, etsi dies illa sit perpetuo impedita in aliqua dioecesi vel Ecclesia propter aliquod festum translationis, cui dies illa assignata ibidem fuit tamquam dies seu sedes propria, utrumque autem officium, tam novum scilicet quam translatum, sit off. Ecclesiae universalis,

1) Utrum hoc novum off. sit recitandum ipsa die a s. Sede assignata, altero officio ulterius translato in illa dioecesi vel Ecclesia juxta responsum S. R. C. in Mechl. ad dub. 1. et 2.? Et quatenus affirmative;

2) An idem sit servandum sive novum illud off. sit dupl. aut altioris ritus sive semid. tantum, quum quolibet festum 9 ll. sive dupl. sive semid. sit dies impedita pro officio translato?

S. C. resp. ad 1: In paritate ritus noviter concessum off. ulterius transferatur juxta rubricas;

ad 2: Assignandum off. potioris ritus et inferioris ritus alterius transferendum juxta rubricas.

N. 4985 die 7. Decembris 1844 ad dub. IV. qu. 1. 2. *In Mechlin.*

Vd.: *Transl. festi ordinis et univers.*

6) Festorum.

a) SS. Apostol. et Evangel.

Nullam esse disparitatem inter trans-

lationem festorum Apostolorum et Evangelistarum sed occasione dictae translationis esse faciendum officium, quod prius celebrandum in Calendario proponitur. N. 2380 die 18. Septembris 1666.

Cf.: SS. *Philipp. et Jacob.* (decr. n. 3748.)

b) Diversi ritus et dignit.

Vd.: *Transl. dupl.; semid.; Translatio festi in diem immed. seq. Transl. festi Ord. et univers.* (decr. n. 3497); *Transl. fest. ejusd. ritus etc.* (decr. de die 1. Mart. 1681 et 20. Sept. 1806.)

Ad dubium: An in transl. cum dupl. maj. fieri debeat Officium translationis vel transferri ad diem non impeditam? S. C. resp.: Officium de digniori, translato minus digno ad primam diem non impeditam. Num. 2360 ad 4 die 13. Febr. 1666.

In fixatione festorum attendi debet rubrica 10. Brev. rom. n. 7. de transl. festor.: prius agatur de dupl., postea de semidupl. et inter plura dupl., quod est magis solemne semper prius celebretur, sive ex ritu sive ex dignitate majoritas ista solemnitatis proveniat; alioquin, si sint omnino aequalia, unum ante aliud reponatur eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus; eadem etiam militat ratio in fixatione, quae probaret in translatione. n. 4150 die 7. Dec. 1713.

Ad dubium: Quo in sensu intelligenda sit rubrica Brev. de transl. festor n. 6: „Si omnia festa fuerint dupl., fiat de digniori seu solemniori, et quae de minori solemnitate sunt transferantur; et n. 7: inter plura dupl., quod est magis solemne semper prius transferatur et prius celebretur?“

S. C. resp.: rubricam intelligendam esse de solemniori quoad ritum et dignitatem, non quoad extrinsecam solemnitatem, quae in ordine translati-

onis non est attendenda. n. 4500 ad 15. die 20. Sept. 1806.

Ad dubium: Quid si festum festivum sit tantum 2. cl. aliud vero 1 cl. sed non festivum, ut e. g. Dedic. Ecclesiae extra Cathedr.?

S. C. resp.: Obligatio audiendi missam non elevat ritum sed officium relinquit in suo ritu; quare reponendum erit prius officium altioris ritus prae alio minori, quamvis istud annexum haberet praeceptum audiendi sacrum. Die 2. Septembris 1741. *In Aquen.*

c) Ejusdem ritus et dignit.

Vd.: *Festum* (dignitas); *Transl. festi. diversi ritus etc.* (decr. n. 4150, 4600); *Transl. festi part. et univ.* (decr. n. 3700); *Transl. perpetua* (Episcopo licetne); *Festum ss. Nom. B. V. M.* (non transf. decr. n. 4198); *Calendar. Dioecis.* (Jus refor.); *Transl. (fesor. Apostolorum etc.)*; *Transl. festi semid.* (decr. 22. Decbr. 1696); *Translatio festi particul.*

Ad dub.: An liceat absque alio recessu S. C. iis festis, ubi perpetuus festorum ejusdem ritus occursus constanter contingit, diem primam proxime non impeditam tamquam propriam translato ipso facto assignare eamque pro die fixa in directorio declarare?

S. C. resp.: Prima dies proxime non impedita assignanda est cuilibet festo a suo die ob perpetuum impedimentum translato, ita ut dies propria et fixa festi translati, justificatis tamen apud ordinarium translatorum numero et causis dierumque assignatorum ordine et qualitate. N. 4461 die 22. Augusti 1744.

In occurrentia festorum ejusdem ritus et alias quomodocunque parium primum locum habebit officium Ecclesiae particularis, 2dum Ordinis, 3. Dioecesis, 4. Nationis, 5. Ecclesiae universalis. N. 4044 (2do) ad 1 die 23. Julii 1736; n. 4110 ad 6 die

22. Apr. 1741; n. 4180 die 29. Jan. 1746.

Si occurrant eodem die duo festa, officium est de digniori et transferendum minus dignus. N. 2859 ad 6 die 12. Martii 1678.

Occurrentibus eodem die tribus officiis ejusdem ritus, unum, de ordine aliud de Calendario Ecclesiae univers. et aliud de aliquo Sancto, cujus habetur corpus vel reliquia insignis in propria Ecclesia, faciendum est officium de digniori seu solemniori, quae vero sunt minoris dignitatis seu solemnitatis transferenda sunt. Num. 2928 ad 10 die 7. Sept. 1680.

Decisum jam fuit (30. Sept. 1679), quod de festo translato faciendum sit officium die immed. sequenti non impedita, etiamsi adsit aliud ejusdem dignitatis festum prius translatum, non tamen idem intelligendum est, si adsit aliud festum seu off. majoris ritus translatum.

S. R. C. 1. Mart. 1681. *In una Canon. Reg. Lateran.*

Ad dub.: Si festa sint ejusdem ritus et dignitatis, an praeferendum officium loci officio in proprio religionis calendario descripto?

S. C. resp.: Praeferendum officium quod cum majori solemnitate et populi concursu celebratur, ad formam rubricae de translatione festorum. Die 20. Martii 1693.

Ad dub. 1: An quando aliquod festum, quod in propria Ecclesia celebratur cum solemnitate sive magna sive mediocri et insignis Sancti reliquia ibi asservatur, transferri debeat, ratione praedictorum, sit transferendum ante alia festa aequalis ritus et dignitatis prius transferenda? Et quatenus negative;

2. An idem sit observandum, licet

cum tali festo transferatur etiam solemnitas in illa Ecclesia?

S. eadem Congregatio rescribendum censuit

Ad 1 et 2: „Negative.“

Et ita declaravit et servari mandavit. N. 4500 ad 13 et 14. Die 20. Septembris 1806.

Ad dub.: An festa secundaria Domini Beatissimaeque Virginis in occurrentia cum officio aequalis ridebeant gaudere praecedentia?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: *Juxta volum magistri caeremoniarum*, nimirum:

„Affirmative.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. N. 5030 ad 2. Die 6. Septembris 1845.

Ad dub.: An, quia assignatio diei facta non fuerit prima die non impedita, talis debeat corrigi et legibus conformari?

S. C. resp.: Affirmative. Die 11. Martii 1820 ad 2. *In Mazar.*

De officiis translatis fit juxta ordinem translationis in *paritate ritus* tamen ac sine excellentia majoris dignitatis, ut scilicet primum celebretur officium ab ante translatum et postea fiat de alio secundo loco translato.

Die 2. Septembris 1741 ad 2. *In Aquen.*

In translatione festorum talis ratio habeatur, ut prius fiat officium de prius descripto in Calendario, nullo habito respectu, quod festum translatum sit Ecclesiae universalis, Nationis, Dioecesis, Ordinis et Ecclesiae particularis.

Die 5. Maii 1736 dub. 5. *In Einsidl.*

Non est transferendum in diem immediate sequentem festum illud, ante cujus translationem habentur reponenda alia officia prius translata ejusdem ritus, non obstante decreto edito die 20. Septembris 1679. Quoad vero festum semiduplex in dominica infra octavam occurrens, omnino servanda est rubrica generalis breviarii de translatione festorum num. 5.

Sacra Congregatio Rituum 22. Decembris 1696.

Pluribus festis ejusdem ritus translatis officium de primo translato recitandum est, etiamsi ultimo translatum posset in diem immediate sequentem transferri, non obstante quocumque alio decreto in contrarium. Semiduplex tamen occurrens in dominica infra octavam non privilegiatam celebrandum est ante quocumque prius translatum etiam 1. classis feria 2. immediate sequenti, alio festo occurrente non impedita: S. Rit. Congr. 16. Septembris 1702.

In repositione duorum vel plurium festorum ritum habentium eundem et die occurrentium diversa, attendatur prioritas translationis, nisi attendenda sit major dignitas.

S. Rit. Congr. 13. Junii 1682.

Si plura sunt transferenda festa, quae eadem die occurrunt et quibus non convenit ratio majoris dignitatis, attendatur in eorum repositione major apparatus vel populi concursus, ex quo vocatur etiam major solemnitas, supposito tamen, quod sint ejusdem ritus.

Sacra Rituum Congregatio 20. Julii 1686.

d) B. M. V. ejusdem ritus.

Ad dub: Dum eadem die occurrunt duo officia B. M. V. ejusdem ritus,

alterum alicui diei fixe assignatum, alterum mobile, alicui dominicae affixum, quod ex utrisque praevalere debet? item quando insimul concurrunt duo ex enunciatis festis, quomodo Vesperae ordinandae?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Praeferendum officium diei mensis: et in occurrence facendum esse totum de officio occur. sine ulla prorsus commemoratione de sequenti.“

Atque ita rescripsit, declaravit servandumque mandavit. N. 5135 ad 1. Die 22. Julii 1848.

Vd. etiam Correspondance de Rome 24. Sept. 1850 p. 79.

Quoties in Calendario Senensi dies octava 7 dol. B. V. M. incidit in 24. Sept., in qua occurrit sub ritu dupl. maj. fest. B. V. M. de Mercede vel die 22. Sept., in qua civitate Senensi festum patrocinii Deiparae sub pariter ritu dupl. maj. agitur, quaeritur: num recitari debeat de octava vel de altero ex enunciatis festis?

S. C. resp.: In casu de officio occurrenti et nihil amplius de octava. Die 22. Julii 1848 ad 2.

Cf.: *Vesp. B. V. M.; Sept. dolores B. V. M. in mense Septbr.* (decr. n. 4541 n. 2.)

e) **Dominicis affixorum.**

Vd.: *SS. Redempt.* (transl. decr. 4859.)

f) **SS. Patronorum.**

Vd.: *Patronus* (loci, dioecesis, principalis etc.); *Reductio festor.*

7) **Imaginis Sancti.**

Demolitione permissa onerum et Missarum translatio necessario permittenda est; quamobrem s. Synodus Tridentina sess. 21. cap. 7. de ref.

jubet „ut Episcopi etiam tamquam apostolicae sedis delegati transferre possint beneficia ex Ecclesiis, quae vetustate vel alias collapsae sunt et ob eorum inopiam nequeunt instaurari sub lege tamen ut erigant altaria vel capellas sub iisdem invocationibus vel saltem apposita Icone s. Titularis dirimendi sacelli, ut statuit S. Congregatio in *Patacina* 11. Julii 1801.

Ex resol. S. C. C. die 15. Maii 1802. *Nullius seu s. Laurentii.*

Vd.: *Translatio ss. Reliquiar.*

Sacras imagines, etiamsi collocatae reperirentur in Ecclesia jurispatronatus, ex justa causa decentioris cultus transferri possunt cum missarum oneribus ex mente Sacri Concilii Tridentini sess. decret. de invoc. et venerat.; et tradit *Panimoll.* decis. 11. num. 17. et Rota in Romana translationis Imaginis 25. Junii 1742 §. 6. coram clar. mem. Card. Calcagnino. Nullum enim detrimentum est obventurum animae testatoris ex hac Missarum translatione; nam eisdem aequae proderit sacrificium ab ipsis in honorem sacrae Imaginis relictum, tam si illud celebretur in rurali sacello, quam in Ara urbanae Ecclesiae, in qua erit sacra Imago collocanda.

(Ex resol. S. C. C. die 8. et 29. Julii 1775 *Ravennaten.*)

Permissa est translatio imaginis, ut praescribit Tridentinum, scilicet dummodo onera, si quae sunt transferantur, et capella vel altare *sub iisdem invocationibus* alio erigantur; vel saltem Icon s. Titularis in aliquo sacello apponatur, quemadmodum statuit Sacra Congregatio in *Patacina* 11. Julii 1801.

(Ex res. S. C. C. die 16. Aug. 1806. *Fanen.*)

Icon s. Titularis Ecclesiae demolitendae apponatur in aliquo sacello Ec-

clesiae s. Annae et transferantur onera ut in *Patacina* 11. Julii 1801 et in *Fanen. Demolitionis Ecclesiae* 16. Augusti 1806.

(Ex resol. S. C. C. die 6. Augusti 1808. *Aesina.*)

8) **Indulgentiarum translati festi.**

Translato festo, in cujus die conceditur indulgentia, non transfertur etiam indulgentia, nisi ex concessione speciali: Sac. Congreg. Rit. 10. Junii 1690.

Vd.: *Indulg. festo annexa et transl.*

Translatio Indulgentiae a secunda dominica Octobris ad diem 2. ejusdem mensis pro die festo s. Angeli Custodis concessa Archiconfraternitati ejusdem Angeli Custodis in Urbe.

Clemens Papa X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales et confratres archiconfraternitatis sub invocatione Sanctorum Angelorum Custodum de Urbe, quod inter caeteras indulgentias et peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes eidem Archiconfraternitati per Sedem apostolicam concessas omnibus et singulis Confratribus et Consororibus dictae confraternitatis vere poenitentibus et confessis ac sacra communione reffectis, qui Ecclesiam seu Oratorium dictae Archiconfraternitatis dominica secunda mensis Octobris, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitassent et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia et remissio misericorditer in do-

mino auctoritate apostolica concessa reperitur.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti Exponentes Indulgentiam hujusmodi a dicta dominica secunda Octobris ad diem secundam ejusdem mensis, quae per decretum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus praepositorum a Nobis approbatum, pro festo eorumdem sanctorum Angelorum Custodum assignata fuit, transferri plurimum desiderent,

§. 2. Nos eorumdem Officialium et Confratrum votis hac in re benigne annuere volentes et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes,

§. 3. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Indulgentiam praedictam die dominica Octobris dictae Archiconfraternitati concessam ad diem secundam ejusdem mensis, servata tamen in reliquis omnibus literarum apostolicarum desuper expeditarum forma, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo transferimus; utque Confratres et Consorores Archiconfraternitatis hujusmodi praemissa adimplentes eandem prorsus Indulgentiam et peccatorum remissionem die secunda mensis Octobris in posterum consequantur, si eadem praemissa die dominica 2. mensis Octobris praedicti adimplerent, concedimus et indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud s. Mariam die 28. Julii 1672.